

Pauli, liber Nepotis, Liber Proverbiorum, qui ab hereticis conscriptus, sancti Syxti^{oo}) nomine prenotatus^{pp}) est, Revelationes Pauli, Thome, Stephani, Transitus Sancte Marie, Penitentia Ade, Testamentum Iob, Penitentia Origenis, Penitentia Cypriani, Liber Diogie^{qq}) nomine Gigantis, Liber Iamne^{rr}) et Mambre, liber, qui dicitur Physiologus, Ambrosii nomine signatus, sed ab hereticis conscriptus^{ss}), liber, qui dicitur Sors Apostolorum, Centimetrum^{tt}) de Christo, Virgilianis versibus compaginatum, historia Eusebii Pamfili, opuscula Tertulliani, Lactantii, Affricani, Priscille^{uu}) et Maximille, alterius Clementis Alexandrini, Tarsi, Cypriani, Arnobii^{vv}), Tyconii, Cassiani Galliarum presbyteri, Victorini Pictabionensis, Epistola Iesu ad Abagarum regem et Epistola Abagari ad Iesum, Passio Cyrici^{ww}) et Iulite et Georgii^{xx}), liber, qui dicitur Contradictio Salomonis, libri quoque Symonis Magi, Nicholai, Cherinti^{yy}), Marcionis, Basilidis, Ebion^{zz}), et ceterorum hereticorum, quos cum eorum actoribus actorumque subsequentibus^a) sub anathematis indissolubili vinculo confitemur in eternum esse dampnatos. Hucusque decretum Gelasii^b) pape^b).

Numerum autem et nomina librorum uniuscuiusque doctoris catholici, que reperire potui, inferius iuxta ordinem historie temporum, quibus^c) floruerunt, locis congruis annotavi.

c. 15^d). De continentia totius operis

Totum igitur opus illud^e) summatim continet: primo quidem de Deo trino et^f) uno^f) creatore omnium brevem tractatum^g); deinde de celo empyreo et natura angelorum, de statu quoque et ordine bonorum et ruina maliciaque superbiorum; post hec de materia informi et de fabrica mundi ac iuxta seriem operum VI dierum de natura et proprietatibus singularum per ordinem rerum; deinde vero de conditione hominis primi, de natura ac viribus anime et sensibus ac partibus ac^h) proprietatibus corporis humani, de requie Dei et modo operandiⁱ), de primo statu prothoplausti et^k) felicitate^l) paradisi^k), de

^{oo}) Xysti $N_1 R$; Christi $N_2 D$ ^{pp}) prenomminatus N_2 ^{qq}) Dioge H_2 ; Droge D ^{rr}) Ianme $H_2 H_3 H_5$ ^{ss}) consumptus N_1
^{tt}) continetur D_1 ^{uu}) Pricille H_2 ; Precille H_3 ^{vv}) fehlt $D_2 D_3$
^{ww}) Syrici D_2 ^{xx}) Gregorii $N_3 R$ ^{yy}) Cheterici $H_2 H_3$; The-
tici H_4 ^{zz}) Ebidii D_1 ^a) subsequacibus $N_1 D_1 R$ ^{b-b}) pape
Gelasii D_1 ^c) folgt quibus N_2 ^d) 16 D ; c. 15—19 fehlen R voll-
ständig ^e) fehlt D ^{f-f}) fehlt N ^g) folgt de generatione Filii
et processione Spiritus Sancti, de nominibus divinis personalibus et es-
sentialibus D ^h) atque D ⁱ) comparandi H_3 ^{k-k}) fehlt H_2
^l) felitate N_1